THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh. Seite 16r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

dum monasterii processionaliter
intraverunt. Quos sequeba
tur quidam reverendus pontificali
bus insignitus. Quidam autem mo
nachus in ecclesia existens obstu
puit, et qui nam essent vel quo
pergerent inquisivit. Cui unus
eorum dixit quod sanctus Augustinus esset cum
canonicis suis qui ad devo
tum suum pergeret morientem ut ei
animam ad regnum glorie deporta
ret. Post hec illa reverenda
processio in infirmariam ingredi
tur, ubi cum aliquam diu man
sionem fecisset, sancta illa anima de
carne soluta est, quam dulcis
amicus et ab insidiis hosti
um securam reddidit et in celi
gaudia introduxit. De com
pletorio neglecto. xiii.

13 Legitur quod dum adhuc
Augustinus in carne viveret
et quendam relegeret ante se tran
sire conspicit demonem librum
humeris baiolantem, qui ab eo
protinus adiuratus, ut que in scripta
lateat sibi pandat. Ait peccata
hominum ibidem scripta esse asserit,
et unumquodque colligit et reponit.
Moxque ei precepit ut si ali
quid peccatorum suorum sibi scriptum re
tineret, sibi legendum continuo
manifestaret. Ostenso
autem loco nil Augustinus ibi reperit
scriptum nisi quod quadam vice com
pletorium ex oblivione dimi
sisset, precipiensque dyabolo ut eius
prestolaretur adventum. Ecclesiam est in
gressus et completorium devote
dixit, et solidas orationes peregit.
Reversusque dixit ei ut predic
tum sibi locum ostendat iterum relegen
dum. Qui dum crebro revol
veret et tandem locum repisset,
iratus dixit. Turpiter me de
cepisti, penitet me quod librum
meum tibi ostendi, quia peccatum tu
um orationum tuarum virtute de
lesti. Et hiis dictis confusus
evanuit. De muliere que
iniuriam patiebatur. xiiii.

Cum quedam mulier a 14
quibusdam maliciosis in
iuriam pateretur. Illa ad beatum
Augustinum accessit ut super hoc eius
consilium imploraret. Que cum
ipsum studentem invenisset et eum
reverenter salutasset, sed ille non
ad eam respexisset, nec quicquam
quam sibi respondit. Cogitans
illa quod forte ob nimiam sancti
tatem in faciem mulieris nol
let intendere, propius accessit
et negocium diligenter exposuit.
Sed ille nec ad eam se conver
tit, nec responsum aliquod sibi
dedit, ideoque illa cum magna
tristicia discessit. Alia autem